



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IV. Liberum vnicuique, iuri suo renuntiare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

lensem ecclesias super decimis de villa de * Remegan ^{Anno} mota fuit, nos cum fratribus nostris pertractauimus: & ^{Canoni} quidam monachi decimam omnem illius villæ suo mona- ^{1179.} ^{* Reme-} ^{ga}sterio pertinere, tam per Caroli regis donationem, quam per nostrum priuilegium, allegabant. Clerici vero ecclesie Formolensis tertiam partem decimæ, 30. annis & eo amplius sine interruptione synodali vel legitima, possedisse asserabant: nos vero vtriusque partis rationibus & allegationibus indagatis, decreuimus, quod si ecclesia Formolensis tertiam partem decimæ per 30. annos quiete & inconcussa se possedisse, per tres personas idoneas * sibi pro- ^{* si nix} ^{proban-} priare poterit, ea deinceps sine inquietatione possideat.

CAP. IV. *Idem abbati & monachis sancti Andrea.*

Si de terra quam habetis in parochia de Breteuelle, iam per 30. annos vel eo amplius decimas sine reclamatio-
ne aliqua solueritis, & hoc anno eas canonicis de Planio, post appellationem ad nos factam, contra iustitiam subtraxistis, eas sibi de cetero integre & sine molestatione, occasione & appellatione postposita, persoluat, & quas noscimini subtraxisse, integre restituatis. Licet enim priuilegiorum Romanæ ecclesie beneficio, fratribus Cister-
tensis ordinis indultum fuerit, quod de laboribus suis nulli decimas vel primitias persoluere debeant, de priuilegio tamen vobis indulto tanto tempore subtrahere voluistis, cum liberum sit vnicique iuri suo renuntiare, eoque modo non potestis vos in hac parte tueri. Sane nisi nos vos & ordinem vestrum tantum diligeremus, grauiter aduersus vos moueremur: nec * poterimus aliquatenus relinquere ^{* possi-} ^{mus} impunitum, si nobis constaret, quod post appellationem ad nos factam, manus vestras exinde extendissetis ad prædictas decimas furripendas.

CAP. V. *Item gloriosus Clemens in lib. Stromatum.*

Vigilanti studio cauendum est, (quod summa dimensio diuini iudicii ab initio consueuerit propria dimittere, aliena non appetere) ne malæ fidei possessores simus in alienis prædiis, atque rebus maxime ecclesiasticis, quoniam nulla antiqua dierum possessio iure iuuat aliquem malæ fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam nouerit se alie-
na